GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ub; datur intelligi. Porro in lacu erant septem leones. et dabant eis cotidie duo corpora et duae oves. Et duo corpora illos in integrum posse non ac cipere. qui typho sensu ea solum quae carnis sunt sapiunt. et carnis desidia proficere in exercitiis non praesumunt. Et oves ut licet aliis simplices et innocentes accipiant. hoc tamen in loco ignavi designantur. qui carnis mollicie enervati. nec minimum laborem impendere student pro amore celestis regni. Hi quoque leonibus idem malignis spiritibus obiciuntur. qa quoque temptationibus in psenti non resistunt. ex parte et hereditas in eternum erunt. psalmista attestante qui ait. Sicut oves in inferno positi sunt. mors depascet eos. Vnuma autem insidia hominem quem in benedictionibus dulcedinis suae praevenens ad vitam aeternam praeordinavit. temptari super id quod potest non patitur. sed facit cum temptatione etiam proventum ut possit sustinere. atque secundum ingenitam sibi bonitatem paliquem electum et dominum dulcetum doctorem visitare et consolari non dedignatur desolationis ei miseriam et dolorem. Vnde quemadmodum secundum multitudinem misericordiae suae. daniele in lacu leonum positum de faucibus liberavit periculo. missa ei per habacuch prophetam corporalium ciborum refectione. sic nimirum ipse qui non spernit desiderium pauperum. spiritali esca visitare et reficere non dedignatur pauperem hunc et egenum. respiciens ad largam bonitatis ipsius manum. Hoc autem qualiter fiat. ordo sequens manifeste insinuat. Fiat autem habacuch propheta in iudea qui intulerat panes in alveolo suo ut ferret messoribus. Et habacuch propheta spiritalis pater et praesul potest accipi. messores illi subditi ei valent intelligi. qui in agro dominico. in spiritali videlicet oversatione. fructum aeternae salutis. fructum in qua virtutum et bonorum operum. meretur non desistunt et colligere. Panes qui his messoribus subditis videlicet suis praesulibus ferunt. in alveolo suo intelligitur panem verbi dei. spiritalis utique cibum